



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

23 Vtrum Anima separata possit pati ab igne corporeo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

QVAESTIO X.

DEINDE quaesitum est de anima quantum ad poenam.

¶ Et circa hoc quaesita sunt duo.

¶ Primo, Vtrum aia possit pati ab igne corporeo.
¶ Secundo, vtrum damnati in inferno gaudeant de poenis inimicorum suorum, quos uident secum puniri.

ARTICVLVS XXIII:

Vtrum anima separata possit pati ab igne corporeo.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur qd anima separata non possit pati ab igne corporeo. Actio enim agentis est proportionata passioni patientis: sed actio ignis, cum sit corpus physicum, est actio naturalis, quae consistit in mouere. ergo nihil patitur ab igne corporeo, nisi quod mouetur: sed anima non mouetur, cum sit impartibilis, nihil autem impartibile mouetur, ut probatur in 6. phys. ergo anima non patitur ab igne corporeo.

SED CONTRA est, quod diues in inferno secundum animam existens dicit. Crucior in hac flamma, ut dicitur Lucæ 16.

RESPON. Dicendum, quod anima patitur poenam ab igne corporeo, sicut fides catholica docet: quae autem ignis corporeus agit in animam separata, hoc non habet ex natura sua, sed in quantum est instrumentum diuinae iustitiae, ut dicitur communiter. Aduertendum tamē est, quod nullum instrumentum agit in uirtute superioris agentis, nisi exercendo aliquam actionē sibi connaturalem, alioquin frustra adhiberetur ad effectum, sicut ferrum in quantum est instrumentum artis, facit arcam. secundo, & aqua baptismalis abluit animam, ut instrumentum diuinae misericordiae corporaliter ablucendo. Si ergo ignis corporeus agit in animam, ut est instrumentum diuinae iustitiae puniētis, necesse est quod hoc fiat per aliquam actionem igni corporeo connaturalem. Non autem potest dici, quod ignis alteret animam calcfaciendo, uel desiccando, aut igniendo ipsam. Vnde relinquitur modus, quem Aug. ponit i. de ciu. Dei, ut. s. anima separata, uel spiritus de monis patiatu poena per a alligationem quandam ab igne corporeo. Videmus enim spiritum corpori alligari quandoque quidem naturaliter, sicut anima alligatur corpori: quandoque autem quadam superiori uirtute, sicut per uirtutem superiorum demonum inferiores demones alligantur arte necromantica imaginibus, uel annulis, uel aliis huiusmodi rebus. Multo ergo magis uirtute diuina demones, uel etiam animae alligari possunt igni corporeo, ut ab eo assumant poenam.

Vnde patet responsio ad illud quod in contrariū obieciēbatur, quod procedit de actione ignis, quae est per alterationem.

ARTICVLVS XXIIII.

Vtrum damnati gaudeant de poenis inimicorum.

AD SECUNDVM sic proceditur. Vt, qd damnati in inferno gaudeant & consolentur de poenis inimicorum suorum, quos secum uident in inferno puniri, quia super illud Isai. 4. Omnes principes terre surrexerunt de follis suis, dicit gl. Hier. qd solatiū est malis inimicos suos socios hinc poenariū.

A SED CONTRA. Omne gaudium diminuit dolorem, ut patet per phil. in 7. eth. sed dolor damnatorum est infinitus intensiue. tantum ergo possent multiplicari inimici alicuius damnati in inferno, qd totaliter dolor eius deleretur, quod est contra diuinam iustitiam.

RESPON. Dicendum, quod nihil prohibet idem secundum diuersas rationes esse delectabile & tristabile, tamen simpliciter dicitur tale ab eo quod praeminet: ab eo uero quod est minus, denominatur secundum quid. Dicendum est ergo, quod poena inimici considerata ab eo qui est in inferno, habet quodammodo rationem delectabilem, & quodammodo rationem tristabilem. Rōnem qdem delectabilem habet, in quantum impletur uoluntas damnati de malo inimici sui. Descendunt. n. ad infernum damnati cum armis. i. cum affectu inibus prauis, ut dicit Ezech. 32. sed ex alia parte habet rōnem tristabilem pp duo. Primo qdem in quantum in poena inimici impletur diuina iustitia, quam odit & blasphemant damnati in inferno, secundum illud Apoc. 16. Aestuauerunt homines estu magno, & blasphemauerunt nomen Domini. Secundo, propter uerum conscientiae. Sic. n. in eis prauae affectiones remanent, quod & tamen de eis dolent ad punitionem, non ad purgationem, secundum illud sap. 5. Poenitentiam agentes, & praegustantia spiritus gementes. Vnde sicut poenitentes in hac uita dolent, & de dolore gaudentia damnati in inferno gaudent de poenis inimicorum suorum, & tamen de ipso gaudio magis dolent, & praecipue si praestiterint eis damnationis causam.

Et per hoc patet responsio ad obieciā.

QVAESTIO XI.

ARTICVLVS XXV.

Vtrum adam non peccante tot fuissent nati mares, quot feminae.

DEINDE quaesitum est de homine quantum ad corporis sexum, vtrum. s. si primus hō nō peccasset, tot fuissent nati mares quot feminae. & videtur qd sic. In paradiso enim, ubi secundū Aug. fuisse thoris immaculatus, & nuptiae honorabiles, nullus continisset, sed omnes matrimonio uili fuissent, ut impleteretur praecceptum Domini primis hominibus datum. Crescite & multiplicamini, & replete terram, ut habetur Gen. 1. sed in statu innocentiae nullus masculus habuisset plures uxores, nec aliqua mulier plures viros, nec aliquis, aut aliqua mortem sensisset, ergo sequitur qd tot mares nascerentur, quot feminae.

E SED CONTRA est, quod dicit Greg. 4. mor. super illud. Nunc enim dormiens silet, dicit. Si parentem primum nulla putredo peccati corrumpere, nequaquam ex se filios gehennae generaret: sed hi qui nunc per redemptionem saluandi sunt, soli ab eo electi nascerentur: sed qui nunc saluandi sunt, non sunt aequaliter mares & feminae: ergo neque in statu innocentiae aequaliter fuissent mares, & feminae.

RESPON. Dicendum, quod si Adam non peccasset, nec aliquis de stirpe eius, satis probabiliter videtur concedendum, quod tot nascerentur mares quot feminae, sicut ratio probat.

Ad illud uero qd in contrariū obieciētur, potest dici, qd cū soli Deo sit certus numerus electorū, incertum est, vtrum inaequales saluentur mares & feminae.

16. com. 12.

D. 228.

42. 44. n. 3.
1. q. 2. ad
1. q. 3. ad
1. q. 4. ad
1. q. 5. ad
1. q. 6. ad
1. q. 7. ad
1. q. 8. ad
1. q. 9. ad
1. q. 10. ad
1. q. 11. ad
1. q. 12. ad
1. q. 13. ad
1. q. 14. ad
1. q. 15. ad
1. q. 16. ad
1. q. 17. ad
1. q. 18. ad
1. q. 19. ad
1. q. 20. ad
1. q. 21. ad
1. q. 22. ad
1. q. 23. ad
1. q. 24. ad
1. q. 25. ad
1. q. 26. ad
1. q. 27. ad
1. q. 28. ad
1. q. 29. ad
1. q. 30. ad
1. q. 31. ad
1. q. 32. ad
1. q. 33. ad
1. q. 34. ad
1. q. 35. ad
1. q. 36. ad
1. q. 37. ad
1. q. 38. ad
1. q. 39. ad
1. q. 40. ad
1. q. 41. ad
1. q. 42. ad
1. q. 43. ad
1. q. 44. ad
1. q. 45. ad
1. q. 46. ad
1. q. 47. ad
1. q. 48. ad
1. q. 49. ad
1. q. 50. ad
1. q. 51. ad
1. q. 52. ad
1. q. 53. ad
1. q. 54. ad
1. q. 55. ad
1. q. 56. ad
1. q. 57. ad
1. q. 58. ad
1. q. 59. ad
1. q. 60. ad
1. q. 61. ad
1. q. 62. ad
1. q. 63. ad
1. q. 64. ad
1. q. 65. ad
1. q. 66. ad
1. q. 67. ad
1. q. 68. ad
1. q. 69. ad
1. q. 70. ad
1. q. 71. ad
1. q. 72. ad
1. q. 73. ad
1. q. 74. ad
1. q. 75. ad
1. q. 76. ad
1. q. 77. ad
1. q. 78. ad
1. q. 79. ad
1. q. 80. ad
1. q. 81. ad
1. q. 82. ad
1. q. 83. ad
1. q. 84. ad
1. q. 85. ad
1. q. 86. ad
1. q. 87. ad
1. q. 88. ad
1. q. 89. ad
1. q. 90. ad
1. q. 91. ad
1. q. 92. ad
1. q. 93. ad
1. q. 94. ad
1. q. 95. ad
1. q. 96. ad
1. q. 97. ad
1. q. 98. ad
1. q. 99. ad
1. q. 100. ad